

## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Tribunal Conscientiæ Per Varias  
Examinis Industrias seipsam dijudicantis, Tendentibus ad perfectionem,  
præsertim Religiosis accommodatum

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066413**

Industria VII. Ratio examinandi Conscientiam, per postulationem à Deo, ut  
ille indicet, quid de nobis nostrisque operibus judicet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45441**

denti, nota, eam in primis fore tunc utilissimam,  
 quando erit usitatissima. Deinde ad minuen-  
 dum in ejus usu laborem, puto expedire, habe-  
 re indiculum vel in memoria, vel in oculis, o-  
 mnium tam horarum, quam actionum. Præ-  
 terea, judico expedire etiam, in eundem finem,  
 ut habeatur indiculus Regularum, sive obser-  
 vationum in unaquaque actione observanda-  
 rum; sic enim facilius erit videre, quid uni-  
 cuique actioni, non solum insit imperfectionis,  
 sed etiam desit perfectionis, facilius item erit  
 confiteri Deo, & sese accusare apud illum, de  
 singulis: efficaciora quoque erunt proposita  
 emendationis ad particularia respicientis, &  
 distinctè proponentis, quam ad generalia, &  
 confusè intuentis.

## INDUSTRIA VII.

*Ratio Examinandi conscientiam, per Postulationem  
 à Deo, ut ille indicet, quid de nobis, nostrisque  
 operibus judicet.*

I. Moral.  
 cap. 17.

**S**anctus Gregorius Magnus ait: *Sæpe melius*  
*scrutamur conscientiam nostram orando, quam*  
*inquirendo.* facit Sancti Patris dictum, ad pro-  
 xime positas Industrias: facit & ad hanc, quam  
 in præsenti tradere aggredimur, in qua etiam  
 modum Examinis præscribimus orationi con-  
 junctum & oratione peragendum, & quidem  
 hac ratione. 1. Accedat homo mente saltem  
 & corde ad Deum, eumque præsentem habens,  
 atque adorationis & reverentiae cultu honorans,  
 ejus sese oculis totum, quantus quantus est,  
 subjiciat.

2. PE-

2. PETAT à Deo lucem veram, quia illuminatus possit cognoscere se in Dei lumine, qualis sit? quid ei desit? quid Divinis in ipso displiceat oculis? &c.

3. PETAT à Deo cum omni humilitate, & fervore, ut illi ipsem Deus dignetur suum de ipso sensum judiciumque aperire.

Atque hujus Petitionis Praxis haec esse poterit.

DEUS qui es lux vera, claritas infinita, sapientia eterna, veritas & veracitas, falli & fallere nescia speculum immaculatum, ecce adsum coram mundissimis sanctissimisque oculis Majestatis Tuae, meque Sapientiae Tuae totum, totaliter notum, totum nihilominus, totaliterque pro mea parte, & ex mea voluntate noscendum subjicio. Illustra queso faciem tuam super me servum tuum, & illuminame lumine tuo veraci, & veritate tua lucente, ut illuminer in me, & cognoscam me, sicut cognoscor ab Te. Dic obsecro Domine Deus meus, dic mihi servulo tuo, supplici tuo, mancipio & jumento tuo, quidnam majestatis, & Sapientiae Tuae, nitidissimis oculis displiceat in me, in quo hodie defeci coram Te, quid commisi contra Te, & contra voluntatem tuam, Sponsam meam. Dic obsecro quid displiceat Tibi in irascibili, & concupisibili facultate mea, & in tota superiori parte mea, in Passionibus & in potentibus meis, in sensibus internis & externis omnibus. In membris ac partibus universis, in actionibus sive liberis, sive involuntariis, in imperatis & arbitrariis, in propositis & debitibus, in labore, otio, in somno, in sermone, in convictu communii, in conversatione externa, domesticaque, in consiliis, infidis, in officio meo, & in ejus praxi atque executio-

C 2

ne,

ne. Dic obsecro quid displiceat Tibi, in ordinariis,  
et extraordinariis occupationibus et operibus meis,  
in surrectione mea, in oratione, in sacro, in studiis,  
in cibo, et potu, in relaxatione, in confessionibus,  
in concionibus, lectionibus, examinibus, colloquiis  
meis, in omnibus denique motibus meis. Dic obsecro  
Domine quid displiceat Tibi in Perfectione et Reli-  
giositate, et statu meo, interno, in Fide mea, in  
spe, in charitate Tui, et Proximi. In Paupertate,  
Puritate, Obedientia, in Disciplina, vita, Observa-  
tione communium Regulorum. In studio Pænitentiae,  
et humiliationis, patientiae, condonationis injury-  
rum. In ordine temporum et actionum, in man-  
suetudine, et lenitate, suavitate, affabilitate, in  
gravitate, modestia, maturitate, equalitate, in  
conatu et fervore proficiendi, in reverentia et re-  
verenti tecum, et coram Te conservatione. In Pu-  
ritate et frequentia Intentionis, orationis, ad Te  
recursus, et creditus, abs Te mendicationis et Po-  
stulationis. In Fidelitate ad Te, gratitudine pro  
beneficiis, beneficiorum bono usu, in resignatione ad  
omnem voluntatem tuam, sub quacunque tandem  
specie et facie, conditione et circumstantia, Ec.  
Dic obsecro mihi Domine Deus meus, lux mea, sci-  
entia et Sapientia et directio mea, dic, inquam,  
mihi, quid requiras et desideres a me, et in me,  
quid in Tui gratiam, quid ad gustum tutum fieri ve-  
lis a me, in me, de me, per me, circa, et contrame,  
quid perferrri, quid subiri, velis a me. Dic obsecro,  
quomodo, quo fructu, exitu, quibus in circum-  
stantiis, fieri, vel perferrri velis a me, et sim. da  
mihi o Domine vires, ut fieri et sustineri possis a me,  
secundum placitum voluntatis tue. Ecce ego Do-  
mine servus, mancipium, jumentum tuum adsum,  
coram